

42. q. 2. art. 1. & seqq. Castillenus in Polyanth. Seraph. verb. cognatio, num. 9. & seqq. Mastrius in 4. disp. 7. q. 17. art. 2. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 11. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Cotonius tom. 1. lib. 8. Controv. 1. cap. 5. q. 4. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 6. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult. Aquila in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. & seqq. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 5.
65. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 5. §. 3. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 63. Filliucius tract. 10. p. 2. cap. 5. num. 198. Layman tract. 11. p. 4. cap. 7. Præpositus in 3. p. 9. 7. dub. 13. Henriquez lib. 2. de Matrim. cap. 12. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 31. Reginal. lib. 1. num. 158. Coninch disp. 32. num. 42. Amicus disp. 18. de Matrim. num. 30.
66. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 42. q. 2. art. 2. Aversa de Matrim. q. 16. sect. 3. Bassæo verb. Matrim. §. 7. num. 30. & 31. Ochagavia de Sacram. tract. 3. q. 58. num. 5. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 5. Basilius Ponze lib. 7. cap. 39. num. 10. Diana p. 4. tract. 4. resol. 120. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 3.
67. QUÆST. 4. An, & quæ cognatio legalis dirimat Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 42. q. 2. art. 3. Goonet tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 3. §. 3. Reding tom. 8. q. 12. art. 2. Controv. 2. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. differr. 4. cap. 2. specul. 1. Raynerius de Pisis verb. Matrim. num. 38. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 10. Cassianus à S. Eliâ verb. Matrim. cap. 21. §. 8. Salmant. tom. 2. tract. 9. cap. 12. punct. 3.
68. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 42. q. unic. Mastrius tom. 4. disp. 7. q. 17. art. 2. Hiquæus in 4. dist. 42. art. 2. & seqq. Castillenus in Polyanth. Seraph. verb. cognatio, diff. 7. num. 1. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 11. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 6. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 5.
69. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 32. Toletus lib. 7. de Matrim. cap. 4. num. 7. Henriquez lib. 12. cap. 12. Tambur. tom. 2. lib. 8. §. 3. Sanchez lib. 7. disp. 63. num. 8. Coninch disp. 32. num. 44. Mart. Perez disp. 30. num. 6. Valentia tom. 4. disp. 10. q. 5. punct. 3. Reginal. lib. 31. num. 162.
70. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 42. q. 2. art. 1. & seqq. Ochagavia de Sacram. tract. 3. q. 58. sect. 3. Bassæo verb. Matrim. §. 7. num. 30. & 31. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 5. Diana 4. p. tract. 4. resol. 120. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 3. & seqq.

Aver-

- Aversa de Matrim. q. 16. sect. 7. Basilius Ponze lib. 7. de Matrim. cap. 39. num. 10. & seqq.
71. QUÆST. 5. An tertix, aut quartæ nuptiæ sint prohibitæ, & damnabiles? De quo, dist. 32. q. 5.
72. QUÆST. 6. An nuptias celebrare, sit tempore aliquo ab Ecclesiâ prohibitum? De quo, dist. 32. q. 5.
73. QUÆST. 7. Quâ poenâ sint puniendi, qui tempore prohibito contrahunt Matrimonium? De quo, dist. 32. q. 5.
74. QUÆST. 8. An prohibeatur consummare Matrimonium his temporibus, quod jam præcessit contractum? De quo, dist. 32. q. 5.
75. QUÆST. 9. An sit impedimentum celebrare Matrimonium temporibus prohibitis? De quo, dist. 32. q. 5.
76. QUÆST. 10. An de licentiâ Ordinarii valeat temporibus prohibitis sine solemnitate Matrimonium celebrari? De quo, dist. 32. q. 5.
77. QUÆST. 11. An benedictio conjugum sit necessariâ exhibenda à proprio Parocho? De quo, dist. 32. q. 5.
78. QUÆST. 12. An benedictionem nuptialem omnino omittere sit tantum peccatum veniale? De quo, dist. 32. q. 5.

DE RESURRECTIONE UNIVERSALI, ET primò de Resurrectionis veritate.

DISTINCTIONIS QUADRAGESIMÆ-TERTIÆ SYNOPSIS

Mortales omnes, præsentes atque futuros,

Et quos jampridem fœda sepulchra tenent:

Ulima judicii surgenteis hora videbit,

Laturos factis præmia digna suis.

Sic incipit: Postremò de conditione.

Sic terminat: Induentur.

COnnectitur hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de impedimento cognitionis spiritualis; & hactenus.

nus pro toto hujus Quartii libri progressu de Sacramentis, quae in resurrectiōnē gloriā nos conducent, & inducent; sed in præsenti determinat de resurrectione, & gloriā resurgentium, ad quam Sacra-menta perducunt: ergo recte inter se copulantur distinctiones.

2. Consequentia probatur: Prius agendum est de mediis necessariis ad assequitionem finis, quām de ipso fine assequito per media; sed Sacra-menta sunt media necessaria ad gloriā resurgentium assequitionem, quae est finis ultimus hominis: ergo recte procedit Magister, dum de resurrectione, & resurgentium gloriā determinat, postquām plena ac perfectam Sacramentorum texuit lineam; sed sic se gessit Ma-gister in hujuscē pensi elucubratione: ergo benē hāc distinctio confo-nat superiori.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primā ostendit Magister, resurrectionem carnis phisicè ac realiter esse futuram. In secundā vero declarat, Sanctos modò habere memoriam eorum, quae in hāc sustinuerunt vitā. In tertīā autem, & ultimā statuit, electorum peccata non reserari in judicio, quae hic confessā fuere.

4. PRO PRIMÆ igitur partis clarā ostensione, hoc primum proponitur assertum: *Juxta fidem catholicam debemus credere omnem carnem esse resurrecturam.* Ante cujus probationem subdit Magister, quod nulli ē fidelium agmine dubitare permittitur, omnes, qui & nati sunt; & nascentur, & qui mortui sunt, & morientur, divinā virtute in die novissimo resurrecturos ad crepitantem tubam Christi Domini.

5. Probat primò assumptum Magister ex illo Isaiae cap. 26. dicente: *Resurgent mortui, & resurgent, qui erant in sepulchris.* Sed ex eo quod tēsurgent mortui, & omnes, qui in sepulchris erant, omnis caro erit resurrectura: igitur debemus credere juxta fidem catholicam, omnem carnem esse resurrecturam.

6. Secundò, idipsum ex I. ad Thessal. cap. 4. disertis Apostoli verbis suadet Magister: *Si enim credimus, quod Jesus mortuus est, & resurrexit, ita, & Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de Cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Ergo stante hoc divino, facundoque eloquio, nulli hominum licet de universalis judicio, carnisque resurrectione ambigere; proindeque juxta fidem catholicam nullus dubitare debet.

7. Tertiò, ex his appositis à Magistro, alia perficitur ratione pro-

ba-

batio: Præmia necessariō respondent meritis; sed rationales anima-merentur in corpore: ergo debent etiam in ipso muneri corpori; sed si rationales animæ sua sibi non arrogarent corpora, Deus qui est omnium iustus iudex, non posset reddere unicuique secundū opera sua: ergo necesse est, ut omnis carnis sit resurrectio futura, in ipsa que valeat muneri à Deo.

8. Quartò sic etiam valet roborari intentum: Ad plenam Universi perfectionem, non solum spiritualis, corporalisque substantia requiri-tur, verū & alia ex utrāque composita: ergo necesse est, ut compo-situm quoddam ex corpore & animā sit superstes; sed hoc nihil aliud est, quām homo: ergo in die universalis, generalisque iudicii omnis homo resurrecturus erit; consequenterque debemus credere, omnem carnem resurrecturam fore.

9. Adhac subjungit Magister causam resurrectionis universalem, nempe vocem tubæ, quae in supremi iudicis adventu ad omnium aures perveniet, & virtute ejus excitabuntur mortui, resurgentque de monumen-tis. Quod primò suadere tentat ex Prophetā Psalm. 67. dicente: *Dabit voci tuae vocem virtutis, id est, effectum, efficaciamque suscitandi mortuos:* ergo voci tubæ conferet Dominus efficaciam suscitandi mortuos; sed ex eo quod vox tubæ habeat virtutem suscitandi mortuos, erit causa resurrectionis mortuorum: ergo perbelè hic effec-tus voci tubæ tanquam causæ resurrectionis aptatur.

10. Secundò, suum sic firmat discursam Magister ex Joanne cap.

5. *Venit hora, in qua omnes, qui in monumen-tis sunt, audient vocem filii Dei, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vita, qui vero mala egerunt in resurrectione iudicii.* Ergo voci filii Dei tanquam cau-sa tribuitur mortuorum resurrectione; sed hāc vox filii Dei est illa vox tubæ: ergo recte voci tubæ tanquam causæ accommodatūr mortuo-rum resurrectione.

11. Sed oppones: Si voci tubæ tanquam causæ foret concessa vir-tus suscitandi mortuos, reverā eorum resurrectione non esset instantanea, sed successiva; sed hoc exp̄ressè contradicit Apostolo I. Corinth. cap. 15. dicenti: *In momento, in ictu oculi mortui resurgent incorrupti.* Ergo incongruè voci tubæ causa resurrectionis mortuorum aptatur. Major probatur: Vox, ut experientiā liquet, prius ad loca vicina, quām ad semota accedit: ergo si vox tubæ foret resurrectionis mortuorum causa, haud dubiè eorum resurrectione non esset instantanea, sed suc-cessiva; proindeque ipsi non appositi aptatur.

12. Respondet negando Majorem, & probationis Consequen-tiam,

tiam. Nam, et si voci tubæ tanquam cause tribuatur resurrectionis mortuorum virtus, & efficacia, hoc non impedit, quominus corum resurrectio sit instantanea, & non successiva, nutuque Apostoli omnino consona; cum vox illa tubæ virtute divinâ operante subito differenda sit per abditas, vastissimasque mundi oras, secundum quod vox illa à Domino procedit; in quo nullum sanè deprehendimus incommodum.

13. Verum circa vocem tubæ subtiliter hic Magister dubitat, cuius, vel qualis fuerit vox illa tubæ? Et nonnullis interpositis respondet, quod vox illa erit Christi Domini. Primo: Quia, et si Divus Paulus i. ad Thessal. cap. 4. vocem illam judicium præcedentem Archangelo ascribat, juxta illud: *Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, &c.* tamen intelligitur de Christo Domino, qui est Archangelorum Princeps: ergo vox illa tubæ vox Christi proculdubio erit.

14. Secundo: Vox illa Christi Domini propriè dicitur tuba, quia erit omnibus manifesta, & notissima, & post eam alia non erit; sed omnia haec voci Christi Domini propriissimè cogruunt: ergo vox illa judicium universale antevertens, profectò Christi Domini erit. Minor probatur: In die novissimo sola vox Christi Domini erit manifesta, & nota cunctis hominibus, & post ipsam nulla alia erit; sed munia haec, quæ voci tubæ aptantur, propriissimè voci Christi Domini congruunt: ergo vox tubæ universalis judicii vox Christi Domini erit.

15. Tertio ex Augustino lib. de Verb. Domin. circa medium, sic ad rem venustè discursante: *Hec tuba est clamor, de quo dicitur in Evangelio: Media nocte clamor factus: Ecce Sponsus venit; exire obviam ei.* Sed clamor, de quo dicitur in Evangelio, ecce sponsus venit; exire obviam ei, est vox ipsius Sponsi, sive Christi Domini: ergo si tuba illa universalis judicii est hic evangelicus clamor, & iste est ipsa vox Christi Domini, indistincta erit vox tubæ à Christi Domini voce.

16. Quartò ex eodem M. P. Augustino lib. de grat. nov. & veter. testam. adducto à Magistro: *Quod vox Archangeli, & tuba Dei ab Apostolo dicitur: In Evangelio vox filii Dei, & clamor appellatur, quod signum mortui audient, & resurgent.* Ergo si vox Archangeli, tubaque Dei, quæ ab Apostolo dicitur, appellaturque in Evangelio vox filii Dei; ejusque clamor, vox tubæ, quæ in die novissimo audienda erit, revera ipsa vox Christi Domini erit.

17. Sed oppones: Voci tubæ, sive Christi Domini voci tanquam cause ascribitur generalis mortuorum resurrectio; sed juxta Divum Paulum nuper adductum in Epist. 1. ad Thessal. cap. 4. nunc jussus, nunc vox Archangeli, nunc demum tuba dicitur illud, per quod perficien-

cienda erit mortuorum resurrectio universalis: ergo quod eorum universalis resurrectio sit per vocem Christi Domini perficienda, & non per jussum, tubam, vocemque Archangeli, hactenus resolutio arbitratur anceps.

18. Respondet concessâ Majori, & Minori, negando Consequentiā. Quia vox Christi Domini, secundum diversas proprietates, hac tria apposita sortitur nomina. Dicitur iussus, ob ejus virtutem, & efficaciam; quia ejus præcepto omnes parere tenentur, nullusque cum victoriâ resistere valet. Appellatur vox Archangeli; eò quod Christus Dominus sit Caput, Princepsque militiae celestis. Demum tuba nomine insignitur; quia omnibus erit manifesta, & notissima. Unde resurrectionis mortuorum universalis causa aptè ac concinnè Christi Domini voci accommodatur.

19. Ulterius ostendit Magister, resurrectionis mortuorum tempus esse occultum, & ignotum; & idcirco comparatur mediæ nocti, eò quod dicatur sponsus mediæ nocte venturus. Quod primò suadet ex Augustino sup. Matth. cap. 25. dicente: *Media nocte dicitur venturus, non pro hora temporis, sed quia tunc veniet, cum non speratur.* Sed ex eò quod Dominus venerit, dum ab hominibus non speratur, clare ostendit, resurrectionis mortuorum tempus esse occultum, & ignotum: ergo ideo resurrectionis mortuorum tempus comparatur mediæ nocti, quia ejus secundus adventus erit hominibus omnino absconditus, & velatus.

20. Secundo probat ex Apostolo i. ad Thessal. cap. 5. sic expressè alloquente: *Quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Sed dies Domini est judicii universalis dies: ergo in die judicii veniet Dominus sicut fur in nocte; sed fur venit in nocte latens, & tectus: igitur Christi Domini adventus ad judicium non incongruè comparatur mediæ nocti, quia mortuorum resurrectionis tempus erit occultum, & ignotum.

21. Sed dices ex Cassiodoro in litterâ: *Hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt, quando etiam sponsus venturus est.* Sed primogenita Aegypti percussa fuere mediæ nocte, juxta temporis qualitatem: ergo & Christus Dominus mediæ nocte veniet, non rerum, sed temporis qualitate.

22. Respondet Magister, quod licet Cassiodori hoc sit expressum, judicium, ut textus littera innuit; tamen rectius noctem, non temporis, sed adventus qualitatem interpretari constat: Quemadmodum eadem ratione etiam *dies Domini* dicitur, quia tunc cogitationes, & con-

filia singulorum , quasi in die patebunt , juxta illud Danielis cap. 7: *Vetus dierum sedit , & libri aperti sunt coram eo , idest , conscientiae singulorum , ut impleatur illud Matthæi cap. 10. Nihil occultum , quod non reveletur . Nam ad veniente Summo Judge , non solum aeris tenebrae illuminabuntur , verum & abscondita , abstrusaque cordium manifestabuntur . Et hæc de primâ distinctiones parte sufficient.*

23. PRO SECUNDÆ verò partis pescipua indagine , hoc secundum pæfigitur assertum : *Quarvis mala præterita in mentem revocent Sancti ; tamen non in gloria dedecus , sed potius ad decorum , gaudium , gratiarumque actionem hoc ipsis inserviet . Ex Magistro præfens deducimus placitum , dum ipse solers inquirit : Utrum elictis tunc adsit præcedentium malorum memoria ? Et respondet affirmativè ; tametsi non in tristitiam , & probrum , sed in gaudium , cultum , gratiarumque actionem cedat .*

24. Probat ergò assumptum ex Gregorio Magno lib.4. Moral. cap. ult. dicente : *Quomodo in eternum misericordias Domini canit , qui miseria non meminit ? Quomodo autem plena beatitudo , si memoria reatus mentem tagit ? Sed sapè lati tristium meminimus , & fani dolorum minimus sine dolore ; & indè amplius lari , & grati sumus . Sed hæc Gregorii eloquia undique conclusionem exambiunt , ut ex ipsis verbis constat : ergo quanyis Sancti præcedentium malorum memoriam habeant , hoc tamen non in tristitiam , & probrum , sed ad gaudium , & decorum ipsis inserviunt .*

25. Sed oppones primò Isaiam cap.65. sic alloquenter : *Ergo cred Cœlos novos , & terram novam , & non erunt in memoria priora . Sed Isaias loquitur de die novissimo , in quo generalis mortuorum resurrectio explenda erit : ergo si tunc non erunt in memoria priora , Sancti de malis præteritis nullam tunc memoriam habebunt .*

26. Respondet Magister , Isaiam non excludere memoriam præcedentium malorum ; sed solum ex eâ pellere exoptat molestiam , & lassitudinem ; & idcirco dixit ; non erunt in memoria priora , idest , ad lancinandum cor , sed ad hilari mente ex illis capiendum gaudium , ut apostolus expendit Hieronymus super hunc locum , & satis in litterâ innuit .

27. Oppones secundò : Omania mala in die novissimo , aut erunt grata Sanctis , aut ingrata ? Si grata , & accepta : ergo non erunt justi ; cum hi de peccatis nullam sibi possint arrogare lætitiam . Si ingrata , & odiosa : ergo mentem eorum tristitia premet : igitur mala præterita non poterunt Sancti in memoriam revocare , nè mœstis ibi agitantur curis .

Ref.

28. Respondetur , memoriam malorum sine tristitiam , aut mœrore ibi in electis vigere . Quomodo autem præfata memoria una cum gaudio cohærere possit , inter præcipuas difficultates non infimum occupat locum . Aliqui sustinent , hoc operari speciali virtute divinâ , quæ sicut in igne est potens separare lucem à calore ; sic poterit à cognitione , & recordatione malorum segregare tristitiam .

29. Alii discursant , hoc fieri propter dignitatem , eminentiamque statū . Nam quemadmodum Angeli boni , et si nos multò diligent , tamen propter mala nostra non contrastantur , eò quòd à gloriâ Domini sint absorpti ; sic beati , estò de præteritis malis recordentur , nihilominus cùm à gloriâ Dei repleantur , nullâ afficiuntur tristitiam . Et hæc de secundâ parte sufficient .

30. PRO TERTIÆ autem , & ultimæ distinctionis partis pleno captu , hoc tertium apponimus assertum : *Electorum peccata semel per pœnitentiam hic deleta , secundum Magistri mentem , aliis in judicio non paretur . Præfatum etenim adducit theorema Magister , nullo Patrum testimonio fretus ; & idcirco ægrè à Parisiensibus reprehenditur ; quorum gravem , severamque censuram infra examinandam nobis est datum , qui modo Magistri agimus partes .*

31. Probatur primo ex Magistro : Non legimus expressè in sacrâ paginâ , quòd electorum peccata per pœnitentiam hic tecta , & deleta , sint ibi in judicio omnibus manifestanda ; sed dùm in sacrâ paginâ oppositum expressè non legimus , & aliquæ congruentia , rationesque suppetunt in discursus Magistri subsidium , possumus ejus dictum rationabiliter sustinere : ergo quòd electorum peccata non sint aliis in judicio referanda , secundum Magistri mentem , magnam nobis ingerit probabilitatem .

32. Secundò : Peccata per pœnitentiam ita omnino tecta , & deleta sunt , quasi non fuerit ; sed peccata , quæ ita sunt , quasi non fuerint , non opus est , ut aliis in judicio manifestentur : ergo si electorum peccata ita per pœnitentiam omnino tecta , & deleta sunt , quasi non fuerint ; non irrationaliter arbitratî sumus , quòd aliis in judicio non erunt aperienda .

33. Tertiò : Ideò reproborum peccata omnibus in judicio haud dubie erunt nota , ut novo supplicio , & dolore ex immordico rubore afficiantur ; sed electorum peccata præterita non in tristitiam , & probrum , sed in gaudium , cultum , gratiarumque actionem cedunt : ergo non opus est , quod in judicio omnibus patefiant mala electorum præterita .

34. Verum , quia Parisenes hic in Magistrum insultant , eò quòd